
Gregorutti *Arch. Frust.* 10 (1884) p. 113.

376 arula rep. una cum n. 375.

C · E N N I V S C · F

CO L O N V S

H · V · S · L · M

Gregorutti *Arch. Triest.* 10 (1884) p. 414.


XVII. AD TRICESIMUM (V p. 167. 1052).

377 ad n. 1802. 1803. Exhibet titulos Fontaninius in collectaneis Utinensibus sic ut leguntur editi. Vidi utrumque Felettis in villa Colloredo. In secundo titulo v. 1 hodie praenomen est P, sed fuit antiquitus T, ut legit Fontaninius. Contra v. 2 praenomen olim videtur fuisse non T, ut hic quoque Fontaninius legit. sed P cauda aperta, quae manu recenti clausa est. [Cum fratres gemini videantur significari et bonae aetatis titulus sit, requiruntur omnino praenomina diversa. TH. M.]

378 ad n. 1804. Schedae antiquae a Bertolio usurpatae, quas Fontaninianas esse recte adnotavit Cortenovis, hodie extant Utini apud Concinas, legiturque ibi hic titulus f. 34. — 2 SIB] LIB — 3 CL MENMOMO . . . — 5 VII ANNOR X — 7 MACILIAE · C · F · TER — 8 SVE codex.

379 ad n. 1805. Habent schedae eadem l. c.: lectio non differt ab edita.

380 ara alta cent. 25, lata c. 19, scripta litteris vetustis. Rep. in vico *Montereale* ad fluvium Celina, ibi ubi is ex monte prorumpens in campum descendit, e regione oppidi Maniago.



Darius Bertolinus misit et ed. apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 56.

[Timavum fluvium pro numine cultum esse auctores complures tradunt; titulum eius ante hunc nullum habebamus. Eum adscendentem ad saeculum urbis septimum notabile est dedicatum esse in regione aliqua tunc a Timavo remota, puto a negotiatore quodam itinerum Aquileiensem memore. TH. M.]

381 rep. Quinis vicino ad *Enemonzo nell'alveo del fiume Tagliamento che pare l'abbia trasportata forse da Socchieve GORTANI*. Est Artae apud eundem.

O S S A

L · FLAMINI

R V F I N I

AN III

Descripsi ad ectypum a Gortanio missum Gregoruttio, qui ed. *Arch. Triest.* 10 (1881) p. 383.

XVIII. GLEMONA (V p. 169. 1052).

382 ad n. 8650. Vidi Utini in bibliotheca. 8 xxx, — 9 viIvs lapis.

XIX. IVLIUM CARNICUM (V p. 172. 1053).

383 ad n. 1832. 1833. Extat inminutus in atrio bibliothecae Utinensis.

381 Imponzo secundo lapide a Zuglio rep. inter a. 1819 et 1855 et statim fracta. Ex fragmentis unum (vv. 8-12 principia extat ibidem in aedibus fabri cuiusdam; reliqua posita in macerie, quam mox fluvius abstulit, credebantur periisse, sed nuper fragmentum alterum vv. 15-21 denuo prodiit extractum ex ipso fluminis alveo. Id nunc adservat Gortanius in villa quam habet in regione Avosacco ad Artam.

c · LAETILIO · C · f · g · ALLO
 DEC · DVM · CUPIDVS · IUVENIS · VRBEM · VOLVISSE
 VIDERE · INDE · REGREDIENS
 5 INCIDI · FEBRIBVS · ACRIS · AT
 PRESSVS · GRAVITER · OMISI
 CVM · FLORE · IUVENTAM
 QVONIAM · iniqua · ME IAM
 SIC · FATA VOC } Abantinton
 10 SAMQVE · TVLI } in ipso fu
 NERE BARBA } M · INFELIX
 NEC · POTVI } perferre · VOTA
 MEORVM · TVNERE · ACER
 BO · IACEO · SEDIBVS · ISTIS · ET
 15 MISERA · MATER · AB } ET · IN · COR
 DE · DO } LOREM · COTTIDIE
 FLE } TVS · DAT · ET · IN · PECTO RE
 PALMAS · QVI · VIXIT · ANN · XX
 M · VII · D · VII · LAETILIA · T · F · COSTA
 20 FILIO · CARISSIMO · ATQ · PIENT
 MATER · INFEL

Integrum lapidem descripsit abbas Cella (+1855), quod exemplum dedit Gregoruttius; ex vv. 8-12 quae extant, descriperunt Gortanius (ex cuius schedis haec pars prodiit in C. I. L. V n. 8652) et Gregoruttius; item quae extant ex vv. 15-21 Gortanius descripta misit Gregoruttio. Hic titulum ed. *Arch. Triest.* 10 (1884) p. 366.

Quae perierunt, dantur litteris inclinatis. — Cellae exemplum, quod versuum ordinem diligenter servat, a nostra lectione discedit in his: 1 LAETALIO CICAITO — 2 DEO DVM CAPIDVS IN — 6 PRESVS — OMISI — 7-12 CVM FLORE INVENTVM | QVONIAM IOVA MEAM | SIC FATA VOTA INTINTON | SAMOVETVLI | NERE BARBAM INFELIX | NEC POTVI PREFERE VOTA — 13 TVNERE — 14 IACEE SEDIBVS — 15 INOOR — 16 CATIDIE — 17 FLETENDAT — 18 PALNAS — VIVIT ANNI XX — 19 COSTA — 20 ATO. Restituit Mommsenus adsumptis ad v. 8 supplementis Buechelari.

Carmen subscripsi.

Dum e[n]pidus i[n]venis urbem voluisse(m) videre,
 inde regrediens incidi febribus acris.
 at (ac?) pres[s]us graviter [a]misi cu[m] flore i[n]vent[a]m,
 quoniam [in]i[qu]a me [i]am(?) sic fata voca[ba]nt,
 intonsamque tuli [in ipso fu]nere barbam
 infelix, nec potui p[er]fer[r]e vota meorum.
 [f]unere acerbo iace[o] sedibus istis
 et misera mater [h]abet in corde dolorem.
 cottidie fletus dat et in pectore palmis.

399 ad n. 8685. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 48 ita emendavit curis secundis:

COCLIVS VRSVS CON
PARAVIT ARCA SIBI ET
INCOMPARABILI COIVGI
//////O SI QVI
5 //A PERIRE
VOLVERIT //F AR
GENTI PONDO DECEM

400 ad n. 8704. Recognovimus Bertolinus et ego; ille edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 48. V. 3 sic est:

— — — — — P O T I S

401 ad n. 8708 litteris pravis. Edidit Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 32; legi ego sic:

M
VALENTINO
IA RODOE
SIMO IN
5 EXORC

402 ad n. 8712. I OTTIC ego, OTTIC Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 48.

403 ad n. 8731. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 48 ait in lapide esse v. 4. 5 M | ΙΚΡ□ΠΡ□□. [De formula *μαρτολων*; nata ex Latina *plus minus*, Syriacorum autem hominum propria. videantur quae observavi in eph. Herma vol. 19 p. 423 Th. M.]

410 tabulae aeneae pars superior; rep. Concordiae in hortis ad viam Claudiam; extat Portogruari apud Bertolinum.

SPEI · AVG
GABATHAM · ARG · P · II ½

Contuli et ectypum sumpsit. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 288.

[Τρυβαλιον LXX interpretis Ierem. 35. 5 verterunt simile vocabulum Hebraeorum. Martialis 7. 48: *transcurrunt gabathae volantque lanceae*; 11. 31: *sic implet gabathas parapsidesque*. Th. M.]

404 ad n. 8735. 8735a. Sunt duae arcae iuxta positae, teste Bertolinio *Not. d. Scavi* 1878 p. 48.

405 ad n. 8714. Bertolinus recognoscens apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 48 legit 5 SIVE ET — 6 SI QVIS EA.

406 ad n. 8752. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 13 ad apographum suum, non ad Mommsenianum recognoscens legit 1 LAVNIOMIS — 2 BATAORIVNI, ubi Mommsenus deprehendit BATAORVM SENI. — 3 ANNOS XL.

407 ad n. 8769. V. 1 frustulum nuper repertum explevit nomen O P P; S. Vidimus Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 48 et ego.

408 ad n. 8777. Recognovimus Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 37 et ego.

TERGO · DVCEN · QV
VNV · EQV · VV · DALM
O · SVO · ARCAS
VEAM · APER · VOLV
5 I · ARGE · PON · DC
DEO · MEO · EC
VERA

[Videtur militasse duccenarius hic annum unum in vexillatione equitum Octavo-Dalmatarum. Th. M.]

409 ad n. 8988c. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 120 v. 4 dubitans legit: RATIONIBVS FISGN.

411 litteris inaequalibus. Rep. Concordiae, ibi ubi Stringhettus forum collocaat; extat Portogruari apud Bertolinum.

ANDETIVS · CRASSI f. ?
AVO Θ M PHEIVS. m. f. ?
TR · PL

Descripsi et ectypum sumpsit. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 427.

I m C s u m Bertol.

412 litteris pravis et evanidis; columnae fragmentum rep. Concordiae. Est Portogruari in aedibus Bertolini.

L O G MIL
 L G G XI G CLVD
 CO · VI · CE · P · MILITA
 VIT × AN × V × VIX × AN
 5 X X V

Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 288 et apud Mommsenium *Eph. Epigr.* 4 p. 215.

3 legendum esse *co(horle) VI ce(nturia) p(rima)* monuit Mommsenus l. c.

413 litteris cubitalibus. Extat Concordiae in utraque crepidine pontis Romani in praedio doctoris Borieri.

M · ACILIVS · M · L · EVDAMVS · IIII · VIR · TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT

Vidi. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 282.

414 rep. in praedio *Gorgo* prope Concordiam; est in aedibus Desanti.

PRO parte ?
 ONESIM us vi vir ?
 AV G S I B I et
 // // // // // R
 5 // // // // // VXORI OPT *imas e*
 N I GRINAE LIB V *f*
 S U I S Q POSTQ EOR

Descripsimus titulum evanidum Bertolinus et ego.

415 fragmentum laminae aeneae. Concordiae rep. in praedio *Bozza*; extat Portogruari apud Bertolinum.

M DEC · III
 ap HRODISIO
 VAFIN
 O

Contuli et ectypum sumpsit Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 435.

416 litteris bonis. Originis incertae. Nunc Portogruari in museo ex dono Muschietti.

II
 ET
 ? CON C ·
 BEA ·
 5 S U M P T V ·

Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 436.

417 tegula litteris cursivis inscripta; rep. Concordiae in praedio Fratina. Iam Portogruari apud Bertolinium.

S ET · VERA · FIDES · DVO · CVM BONA CONSTENT
 LIVOR INERS · FAMA PERENNIS ERIT
 IS PATERENTVR · DVCCERE VITAM
 ET SPONTE · MEA · COMPONERE CVRAS

5 c. luccio . telesino · C · SVETONIO pAVLLINO COS p. C. 66

Contuli et ectypum sumpsit. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 425.
 Consulatam agnovit Bertolinus, carmen Buecheler restituit.

[*Ars nobis et vera fides duo cum bona constant.*

[*caeter] livor iners, fama perennis erit.*

[*Me si fata me]is paterentur ducere vitam.*

[*auspiciis e]t sponte mea componere curas.*

Ad v. 2 adhibitum esse Ovidii *art. amat.* 1, 10, 64, v. 3. 4 expressos ex Vergilii *Aen.* 4, 340 viderat Garruceius.

418 Cordovadi in altari ecclesiae S. Hieronymi.

S · C · L · AMI	S	I · B · I · ET
F · SECVN	dae uxore	R I
NT · FIERI · IVSSIT		

testame

Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 290.

419 in arcae fragmento. Rep. Concordiae. Est Portogruari apud Bertolinium.

CHRESIMV
 S · C · HRESIMV
 T · INCONPA rabili

Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 288.

420 in arcae fragmento. Rep. Concordiae in sepulchro.

NNNS
 BITVS · V · F

Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 240.

421 litteris pravis. Incertae originis; nunc Portogruari apud Bertolinium ex dono Muschietti.

HOI
 IVLI
 ITS

Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 436.

422 fragmenta duo eiusdem tituli. Concordiae rep. in sepulchro.

a ALENTINVS
 b IV

Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 33.

423 rep. Concordiae; nunc apud marchiones Fabris-Isnardis.

EIDIC


Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1878 p. 47.

424 litteris bonis. Originis incertae; nunc ex dono Muschietti Portogruari in museo.

A · VIBE
 L · CASSIVS
 TIBVI


Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 436.

425 litteris pulcherrimis; rep. Concordiae in sepulchro.



Contuli. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 41.

426 litteris pulchris. Concordiae rep. extat Portogruari apud Bertolinum.



Descripsi. Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 427.

427 Concordiae in sepulchro.

FLA de
 NVMERO
 ANA . . .
 OCC . . .
 5 SERAI . . .
 DABIT FISCO

Bertolinus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 44.

XI. OPITERGIUM (V p. 186. 1066).

428 ad n. 1994 litteris bonae aetatis. Iam extat in museo Opitergino. Ex ectypo. quod Fiorellio misit Iosephus Pantano, intellegitur titulum recte editum esse.

429 ad n. 1997. Teste Pantano repertus est ad Oderzum in *borgo Spine* in horto S. Antonii. Iam Oderzi in museo.

432 ad n. 8792. Repertum esse una cum n. 2026. 8783. 8788 ait Iosephus Pantano apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 195.

433 nella villa di Piavon distante appena due miglia da Oderzo.

CVS · MV · F
 NO · D · D

Pantano *Arte e Storia* 3 (1884) p. 128.
 I M V · F traditur.

434 litteris bonis; in marmoris fragmento Oderzi rep. una cum n. 8785.

PR
 IIIII VIR

Iosephus Pantano apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 195.

430 ad n. 2008. Litteris bonae aetatis. Iam Oderzi in museo. Pantano ectypum misit Fiorellio.

431 ad n. 2032. Iam extat Oderzi in museo. Vidi ectypum optime factum Fiorellio missum a Pantano. — 2 est COIVGI non CONGI — 3 MESSE VIII, non MSS† VIII.

435 rep. in vico Salgareda; nunc Oderzi in museo.

SECUNDA · FVLVIA
 / · R · LOPPONIS · F ·

Descripsi ad ectypum evanidum a Pantano missum Fiorellio, qui edidit *Not. d. Scavi* 1883 p. 197.

2 post R · punctum non vili.

436 ad Oderzum rep. in *frazione Colfrancui* in regione *la Campagnuola*.

ATIVS · MV · f ·
 PETRONIV
 NIVS

Pantano misit Fiorellio *Not. d. Scavi* 1883 p. 414 et edidit in ephem. *Arte e Storia* 2 (1883) p. 416.

137 rep. prope Oderzum in *borgo Spine* in fundo Moro-Prestini.

P·VET
SCILPS
LC

Descripsi ad ectypum a Pantano missum Fiorellio, qui edidit *Not. d. Scavi* 1883 p. 196.

138 Oderzi a. 1870 rep. nra cum n. 8785. 8787, dum vetusta moenia deiciuntur.

VI·FE·SIBI
ET·VETTIAE·Q·L
P R I M A E
V X O R I

Iosephus Pantanus Fiorellio misit, qui edidit *Not. d. Scavi* 1883 p. 194.

139 rep. ad Oderzum in *borgo Spine* in praedio Moro-Prestini.

A IAE
C·F
V X O R I

Pantano misit Fiorellio, qui edidit *Not. d. Scavi* 1883 p. 196.

140 litteris evanidis; rep. Oderzi in aedibus Zampieri, nunc Davanzo.

OSCI ET FAGNES
MONV ET SIBI ET
ARV
VIII CAL APR

Pantano apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 195.

141 cippus ex marmore rubro Veronensi. Rep. ad Oderzum in regione *Spine*; iam in museo.

IN·F·P·XV
RET·P·XL

Pantano *Arte e Storia* 3 (1884) p. 128.

XXII. BELLVNVM (V p. 192. 1968).

142 ad n. 8804. Nunc Belluni in museo. Ego ectypum sumpsi et sic excepi:

IONIVS
FABER
LOVCCIANO
V·S·L·M

143 locus ignoratur; fortasse Belluncensis.

P·FIRMI
VS·ET·CAP
SECVNDEVS
Q·VO·SO
5 LI·ME

Typus ligno incisus, veniens fortasse a canonico Lucio Doglioni, fuit Belluni in museo Florio-Miari, nunc est in publico. Dedit mihi professor Pellegrini.

Initia versuum fortasse perierunt.

144 litteris pravis. Rep. Belluni in atrio domus Salvadego; nunc ibidem in atrio musci.

BRAETIE
MASTIME
P·FIL

Descripsi et ectypum sumpsi. Pellegrini in eph. *la Provincia di Belluno* XI n. 54 et apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 212.

145 rep. Pez (non longe a vico Campo) in vetusto coemeterio, extat Salmenegae parieti immissa aedium Sactta n. 1

ONIVCI·KA *rissinate*

Descripsi.

XXIII. PAGVS LAEBACTIVM (V p. 191. 1068).

416 *trovata a Castellavazzo intorno al 1790.*

.... CHO · IIII

Dogliani *lettera al padre Girolamo da Prato* (Venetiis 1791) p. 25; ex quo libello mihi non viso excerptis Franciscus Pellegrinius praefectus musei Bellunensis.

XXV. FELTRIA (V p. 195. 1068).

417 (= 106*) fuit pro gradu ecclesiae *transportata nel 1564 da Feltre in Venezia, ove di presente conservasi nella chiesa di S. Pietro di Castello* DAL CORNO. Nuper Venetiis apud antiquarium Laurentium Seguso vidit Bertolinus.

ANNIAE GRATAE
CAVPIVS ALBICIVS PRIMVS
CONIVGI SANCTISSV ET S

Dal Corno *memor. istor. di Feltre* (Venetiis 1710) p. 153 citans Goslinum et Bellatum; inde Mommsenus rettulit inter suspectas n. 106*, dubitans ipse. Ex lapide nuper prodiit cura Bertolini et apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 321 et *Arch. Veneto* 26 (1883) p. 366 et in eph. *Arte e Storia* 2 (1883) p. 272.

3 litterae dimidiatae si recte exceptae sunt, significatur *sanctissu(m)ac*.

XXVI. ACELVN? (Asolo) (V p. 198. 1068).

Pergit Pacificus SCOMAZZETTO lapides domesticos diligenter componere. Sed ex fragmentis minutis (vix enim integrum quiequam rudera illa adhuc dederunt) complura nos suppressimus.

418 ad n. 2086. Denno prodiit Marosticae in *borgo S. Sebastiano*, ubi erat pro limine portae aedium quarundam. Molon ectypum misit Fiorellio *Not. d. Scavi* 1883 p. 368, quo edita lectio confirmatur.

419 ad n. 8806. Excepi sic:

VS ii
SAITNA

450 ad n. 8800. I in fine sic excepiimus Scomazzettius et ego: $\overline{\text{CC}}$

452 litteris bonis; extat apud Scomazzettium.

P I I
C E I

Contuli. Scomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212.

2 fortasse legitur antiquum oppidi nomen.

451 litteris bonis; fragmenta tria tituli eiusdem. Asoli rep. extant apud Scomazzettium.

a c
w i T i
p O N I F e i
b


Contuli, a, b edid. Scomazzetto apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212; 1882 p. 290.

453 litteris bonis. Asoli rep. extat ibidem apud Scomazzettium.

t I B n

Contuli. Scomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212.

454 litteris bonis; videntur esse fragmenta duo tituli eiusdem. Asoli rep. extant apud Seomazzettium.



Contuli. Seomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212.

455 litteris bonis. Asoli rep. extat apud Seomazzettium.



Contuli. Seomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212.

456 litteris bonis; fragmentum rep. et adseruatum cum prioribus.



Contuli. Seomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212.

457 ad Asolum rep. *nel comune di S. Eulalia* (S. Hilaria?) in sepulchro; nunc extat apud Seomazzettium.



Contuli. Seomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1879 p. 133.

458 litteris bonae aetatis: fragmenta duo tituli eiusdem rep. Asoli in vineis Ludovici Sacchetti a. 1720 FURLANI.



Ex ms. Furlani deprompsimus Seomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212 et ego.

459 rep. Asoli; extat ibidem apud Seomazzettium.



Descripsi. Seomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 290.

460 rep. Asoli extat apud Seomazzettium.



Contuli. Seomazzettius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 212.

461 litteris altis c. 10: Asoli.



Seomazzettius misit Mommseno a. 1884.

462 litteris stilo exaratis. In collo ollae Montebellunae (pagus est inter Asolo et Cornuda positus) rep. in praedio Tessari. Iam Tarvisii in museo.

PRIMATI VIVA

dextrorsum



sinistrorsum



Ghirardinus delineavit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 110.

463 litteris stilo exaratis. In ventre ollae rep. Montebellunae in praedio Tessari. Nunc est Tarvisii in museo.

COSTIVK O-VSIP K/A

Ghirardinus delineavit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 110.

464 litteris stilo leviter exaratis in labro ollae Covoli rep. (pars est vici Pederobba ad Cavaso) in praedio *Cente*.

/// M A MARI R I C A

Ghirardinius delineavit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 114. In olla asses quattuor reperti sunt monetariorum Augusti, in his unus P. Lurii Agrippae, alter M. Salvii Othonis.

465 litteris stilo exaratis; in labro ollae Covoli rep. una cum precedente.

SEQVN A T F FV Γ [REDACTED]

Ghirardinius delineavit et edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 115. Nummus imperatoriae aetatis cum olla repertus legi non potuit.

XXVIII. ALTINVM (V p. 204. 1070).

FONTANINIUS in sylloge, de qua supra p. 14 diximus, Grimmanios titulos affert cum asportatos ex Pola (V p. 67) et Aquileia (vide l. c.), tum ficticium n. 135*, quem inde confirmatur extitisse lapide incisum, item duos origine urbanos *L. Mustii Trophimi* (Gruter. 947, 9) et *C. Siliii Ilerm.* (Manutius cod. Vatic. 5237 f. 182). Praeterea f. 39 sub praescriptione: 'lapides Altino Venetias lati et domi Minottorum in Campo S. Pantaleonis existentes' referuntur tituli hi: infra n. 481; C. V, 4435 (v. C. V, 139*). 2215. C. III, 3184c. C. V, 2241. 2276. 2244. 2172; sequuntur Graeci quidam. Denique f. 59 legitur titulus *M. Ulpii Ursini* a Fabretto sumptus 211, 57.

Titulis aliunde adlatis in musea Veneta hic locum non dedi. Ex eo genere sunt esse videntur mihi visi in museo S. Mariae Salutis titulus fortasse Dalmaticus *Antoniae Fulcrnae* (C. III, 3173) et urbanus *Atissiae Q. f. Proculae* (Mur. 1135, 14 = 1242 3), item in museo Giustinian-Recanati *D. Modi Successi*; denique in museo Correr tituli *Alfeni Nuptialis* et *Q. Furi Melitonis* et christiani tres nuper a me editi apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 155, in his quem dedit Rossius inscr. christ. vol. I n. 109.

Thomas LUCIANIUS hodie Venetiis degens ut Histrianis suis, ita et Venetis vacat, titulosque per hos annos Venetiis et in agro repertos sollerter descriptos et edidit in ephemeride Fiorelliana et adsidue mecum communicavit.

466 ad n. 2155. Cippus litteris optimis et magnis inscriptus, hoc saeculo ineunte Torcello Buranum advectus ibi nuper denuo prodiit. Museo Correr destinatus est. Prodiit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 367 et in eph. *Arte e Storia* I (1882) p. 155. — Post v. 4 interstitium est non scriptum.

467 ad n. 2172 (cf. p. 1070). Fontanini cod. Utin. f. 41. 2 PAVLLINAE — 3 OPTIMI — MERIT.

468 ad n. 2211. Denuo repperit Th. Lucianius in *frazione Marina* (pars est vici Cavazuccherinae) *nelle mura del casone Franzin* et edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 157. Est pars inferior arcae, recte edita, nisi quod verba punctis distincta sunt.

469 ad n. 2218 (cf. p. 1070). Contuli Venetiis in museo Giustinian-Recanati. 4 HERMES · ANTHVSAE — 5 LIB PONEND

470 ad n. 2241. Alterum exemplum proponit Fontaninius cod. Utin. f. 40 loco non adscripto sic: MARIVS · C · FAVST | VIVVS · SIBI · ET

471 ad n. 2244 (cf. p. 1071). Fontanini cod. Utin. f. 41 sub duobus capitibus — 1 C · I — 3 C · I — 4 TVRTVLLINI CORR. IN TERTVLLAI cod.

472 ad n. 2276 (cf. p. 1071). Alterum exemplum proponit Fontaninius cod. Utin. f. 40 loco non adscripto sic: B M | C V CALLISTO | VOLMELLINAE | CONIVG | B · M

173 ad n. 2286
(cf. p. 1071).
Hodie in mu-
seo Giustinian-
Recanati, ubi
ita excepi ut
Guarnerius.

171 origine fortasse Aquileiensis; rep. fesuli apud rudera vetustae basilicae.

P · CLodius · p. f.

QVIrinale

PRim. pil. leg. XX

TRib. mil. leg. vii

5 CLAud. p. f

PROCVr. aug

Miserunt Th. Lucianus et C. Augustus Levi. Titulum ad P. Clodium Palpellium Quirinalem (cf. V n. 533) pertinere vidit Lucianus, qui edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 157.

175 (= 136*) Beryti olim prostitisse conicit Mommsen. 'Reperta est Venetiis paullo ante, extat ibi in domo Nicolai Venierii' *URSATUS* 1674. Partem inferiorem in fundamentis domus cuiusdam nuper denuo repperit Laur. Seguso, qui eam apud se adservat.

Q · A E M I L I V S · Q · F

P A L · S E C V N D V S i n

C A S T R I S · D I V I · A F G · S u b

P · S V L P I C I O · Q V I R I N I O · L E G . a u g

5 C A E S A R I S · S Y R I A E · H O N O R I

B V S · D E C O R A T V S · P R A E F E C T

C O H O R T · A V G · I · P R A E F E C T

C O H O R T · I I · C L A S S I C A E · I D E M

I V S S V · Q V I R I N I · C E N S V M · E G I

10 A P A M E N A E · C I V I T A T I S · M I L

L · V M · H O M I N · C I V I V M · C X V I I

I D E M · M I S S V · Q V I R I N I · A D V E R S V S

I T V R A E O S · I N · L I B A N O · M O N T E ·

C A S T E L L V M · E O R V M · C E P I · E T · A N T E

15 M I L I T I E M · P R A E F E C T · F A B R V M ·

D E L A T V S · A · D V O B V S · C O S · A D · A E

R A R I V M · E T · I N · C O L O N I A ·

Q V A E S T O R · A E D I L · I I · D V V M V I R · I I ·

P O N T I F E X S ·

20 I B I · P O S I T I · S V N T · Q · A E M I L I V S · Q · F · P A L

S E C V N D V S · F · E T · A E M I L I A · C H I A · L I B

H · M · A M P L I V S · H · N · S ·

Contuli. Integram refert Sertorius Ursatus in schedula scripta a. 1674 et *marmi eruditi* (1719) p. 276 (inde Mur. 670, 1; Orelli 623; C. I. L. V, 136*). Partem inferiorem ed. Seguso in *eph. Gazzetta di Venezia* 26 Jul. 1880 et Cecchetti et Lucianus apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 243 et lapide expressam I. B. de Rossi *Bull. di arch. cristiana* 1880 tab. 9 commentario non adiecto, sed promisso. Falsam indieaverant Marinus Arv. p. 751. 787, Orellius, Henzenus, Mommsenus. At marmoris parte inferiore nuper denuo reperta hic titulum vindicavit in *Eph. epigr.* 4 (1881) p. 537 adiecta interpretatione.

2 in. hiatus adnotatur apud Ursatum. — 2 fin. 3 fin. 4 fin. hiatus non adnotantur. — 4 SVLPITIO traditur. — QVIRINIO Urs. ms., QVIRINO idem ed. — 5 CESARIS, — 6. 7 PRAEFECT traduntur. — 9 fin. ECL Urs. ms., FEC idem ed. — 15 PRAEFECT Urs.

476 litteris bonis et magnis; arcae fragmentum Poianon (pars est vici Marcon) rep. in atrio aedium Balbi n. 47B.

P · CERVONIUS · P · L
L I C I N V S · S I B I · E T

Th. Lucianius misit delineatum et edidit *Gazzetta di Venezia* 2 Iun. 1883 et apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 235; *Arch. Veneto* 51 (1883) p. 239.

477 stela. Extat ad vicum Cavazuccherina, prope Iesolo in regione *Marina* in aedibus Iohannis Bisson apud fossam *Cavetta*.

L · M
Q · C O R N E L
C R Y S E R O T I S
I N · F R · P · X X
5 I N · A G · P · L X X

Th. Lucianius misit et edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 157.
5 IXA Not. errore puto.

478 stela. Originem prae se fert ex Aquileia. Extat Cavazuccherinae ibi ubi est n. 477.

L · M
P · L · P · F F R M I
I N · F R · P · X X
I N · A G · P · X X X I I

Th. Lucianius misit et edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 157.

479 cippus. Rep. Torcelli in fundamentis aedis S. Fuscae; nunc Torcelli in museo.

D M
I V L I A E · E P H E S I A E
T · C A E S I V S · L · F · N A I // S
C O N I V G I · O P T I M A E
5 E T ·
T · F R O N T O N · // // //
I · F r o n t o N / · P · F I L I S

Fiorellius *Not. d. Scavi* 1884 p. 174 ad cypum acceptum a Battaglinio.

480 Venetiis pro gradu XIII in basilica S. Marci.

C · T V L L I · C
P · F A V O N
C · T V L L I · C
5 Q · B R A E T I
C · T V L L I · C
Q · B R A E T
P · F A V O N I · A
L O C V S · S E P V
10 S V I S Q V E · I N
I N T R O · P

Contulimus Lucianius et ego. Zdekauer qui invenit misit Hirschfeldio. Edidimus ego apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 155 et Ant. Pasini *Arch. Veneto* fascic. 39 (1880) p. 112-113.

481 Altino translata Venetias et domi Minototorum extans in campo S. Pantaleoni FONTAN. Venetiis in domo march. Suarez GUARNIERI. Hodie in museo Giustinian-Recanati. Sine loco PANVINIUS et GRISELLINUS. Propter auctorem Panvinium Mommsenus titulum pro urbano habuit (cf. C. V 139*) et vere prae se fert speciem tabellae urbanae.

D · M
C · V A L E R I O
C L E M E N T I
C · I V L I V S
5 F E L I X · E T
F L A V I A · F O R T V N A T A
H E R E D E S

Descripsi. Panvinius cod. Vat. 6036 f. 81; Fontaninus in epist. ad Murat. a. 1704 et cod. Utin. f. 39 (inde Murat. 1505, 12); Astorius inscript. Venet. ms. f. 7; Grisellini inter schedas Gazzerae; Guarnerius descripsit anno 1782.

482 litteris magnis. Venetiis pro gradu XII in basilica S. Marci.

l o | C V S
in fr. | P · X X /
in a. | P · X X /

Contulimus Lucianius et ego. Zdekauer invenit misitque Hirschfeldio. Ediderunt Lucianius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 155 et Pasinius cum n. 480.

483 litteris bonis et magnis; pars ima maximi cippi. Extat in vico S. Michele del Quarto in loco qui dicitur *Pascoloni*.

v bisellium cum suppedaneo f

Th. Lucianus misit et edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 231; *Arch. Veneto* fascic. 51 (1883) p. 240.

XXX. ATRIA (V p. 220. 1072).

484 ad n. 2372. Hodie servatur Rovigi in atrio academiae Concordium.

485 ad n. 8829. Contuli. I M · IV · LIVS ·

486 litteris bonis. Rep. ad Adriam *nel luogo Piantamelon*; iam adservatur in museo Boechiano.

? ge NIO · SOCIALI ·
Q · TITIVS · L · F · QVINTVL
V · S · L · M ·

Contuli et ectypum sumpsit. Boechius apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 201.

De tituli sinceritate ne dubites.

487 columella rep. ad Adriam *nel luogo detto Piantamelon*; nunc apud Boechium.

DIVI
sa CRVM
VEIDIVS · M · F

Descripsi et ectypum sumpsit. Bocchi ed. apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 201.

[Videtur dedicata esse numini alicui *aliatori* vel *aliubrii*; videre mihi videor in ectypo reliquias litterae A ante DIVI. Th. M.]

488 litteris bonis. Rep. ad Adriam in fundo *del Canale della Tomba*; nunc adservatur in museo Boechiano.

ne NOT · T · T · ui
nerVAE · ABnepoti

Descripsi et ectypum sumpsit.
Aut Marci aut Veri.

489 rep. ad Adriam in praedio Cuore equitis Anacleti Rossati.

Q ACCIVS
ACO P · F · Q · N
A V D I T V S

Fr. Boechius misit Mommseno.

Aco, si recte lectum, non intellegitur, nec magis satisfacit cognomen.

490 stela rep. ad Adriam in fundo Aretrato; extat Adriae apud Boechium.

C · N · BILVENO sic
NARCISO

Contuli et ectypum sumpsit edidique apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 151. Fr. Boechius misit Mommseno anno 1878.

491 in fragmento rep. in fundo Armolara; nunc est Adriae apud Boechium.

Q
MAXVM

Contuli. Fr. Bocchi misit Mommseno anno 1878 et edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 151.

492 stela rep. in fundo Aretrato ad Adriam; extat in museo Boechiano.

MODERA
TVS
AN · XX

Descripsi et ectypum sumpsit edidique apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 154. F. Bocchi misit Mommseno anno 1878.

493 stela rep. ad Adriam in fundo Armolara.

L · NVMSIVS · L · F
TREBIVS

Descripsi et ectypum sumpsit edidique apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 154. F. Boechius misit Mommseno anno 1878.

494 stelae fragmentum rep. ad Adriam in fundo Armolara: iam in museo Bocchiano.

INIA · L · L · RVFA

Descripsi et ectypum sumpsi edidique apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 154. F. Bocchius misit Mommseno anno 1878.

495 litteris admodum evanidis: stela rep. ad Adriam in fundo Aretrato; iam in museo Bocchiano.

Q · TEIDIVS MI L ///
///

Descripsi titulum evanidum et ectypum sumpsi. Bocchius misit Mommseno.
I κ Bocchius.

XXXI. Ferrara (V p. 225).

496 litteris pulcherrimis: rep. a. 1882 m. Iunio prope Voghenzam; nunc extat Ferrariae in aedibus principis Massari.

D · M
IVLIAE · STATILIAE
DATIVILLAE
SANCTISSIMAE · FEMINAE
5 CONIVGI · INCOPARABIL
P · MANILIVS · SABINIANVS
TR · CL · PR · MIS · FECIT

Canonicus Iosephus Antonellius misit Mommseno, adnotans tegulam una cum lapide repertam esse inscriptam litteris IMP · L · SEP · SE · AG · (cf. C. V, 8110, 32).

XXXII. Rovigo (V p. 236. 1072).

497 ad n. 2447. 2451. 2456. 2461. 2462. Hodie extant Rovigi in atrio academiae Concordium.

498 stela litteris non honis. Rep. in latifundio *i Dossi* ad Gavellum: nunc extat Rovigi in atrio academiae Concordium.

Q · ACCIVS
FVΣ F sie

Descripsi et ectypum sumpsi. Edidimus apud Fiorellium Modena *Not. d. Scavi* 1878 p. 117 male, ego ibidem 1883 p. 154.

499 stela rep. in latifundio *i Dossi* prope Gavellum: nunc servatur Rovigi in atrio academiae Concordium.


LEPIDIA · D · L
FLORA

Descripsi evanidam et ectypum sumpsi. Edidimus apud Fiorellium Modena *Not. d. Scavi* 1878 p. 117 male, ego ibidem 1883 p. 154.

XXXIII. ATESTE (V p. 239. 1072).

Iacobus PIETROGRANDE a cura antiquitatum Atestinarum titulos per hos annos Ateste et in agro cruderatos diligenter descriptos alios misit Fiorello edendos, alios eosque plures publici iuris fecit ipse in ephemeride *Ateneo Veneto* (1883) vol. I p. 21-29, vol. II p. 91-106. Idem in libro nuper edito *Iserizioni Romane del Musco di Este* (Romae 1883) quicumque tituli in museo Atestino hodie extant ita proposuit, ut pars prior operis, n. 1-99, titulos contineat a Mommseno in corpore inser. editos inde repetitos additis duobus (infra n. 567. 570), olim eruderatis neque tamen una editis; posterior inscriptiones complectatur postea in museum Atestinum illatas. Accedunt instrumentum domesticum n. 140-190 et tituli alieni 191-212. Eidem optimo viro et huius partis operis tamquam socio nonnullos titulos debeo nuperrime repertos.

500 ad n. 2511. Nunc extat Monselice in atrio aedium societatis (*Gabinetto di Lettura*).



Descripti et edidi apud Fiorellium *Not. d. Seavi* 1883 p. 153; *Pietrogrande Aeneo Veneto* 1883 p. 28.

Priores partem superiorem ad v. 7 pleniorē viderunt quam nunc est. inferiorem non habent.

[3 fin., ubi priores habent DRACONNI, alicui *f(ilio)*; nam titulum apparet Tiburtiam posuisse filii duobus ex Q. Sincio natis et praeterea fratri. Th. M.]

501 ad n. 2532. Duce Pietrogrande titulum vidi in pavimento ecclesiae S. Laurentii in vico Baone apud portam minorem, sed versus duos primos tantum legere potui:

L · TITINIUS
ABASCANTVS

Versuum igitur divisionem ne Manutius quidem retinuit.

502 ad n. 2510. 2620. 2645. Nunc extant Rovigi parieti immissi in atrio academiae Concordium.

504 ad n. 2632. Litteris pessimis: nunc Ateste in museo. — 3 legi: R A T E

505 ad n. 2639. Plenius descripsit canonicus Stormi loco indicato, scilicet a S. Fidenzio rimpetto al cimitero, ediditque apud Pasqualigo *Arte e Storia* 2 (1883) p. 55 sic:

503 ad n. 2606. Nunc extat Rovigi in atrio academiae Concordium. — 2 excepi CLODIAE

L · PLASIDIENI I HEBENI

506 ad n. 2653. Antiquo loco, scilicet in vico olim dicto Porcile, nunc Belfiore, prope Caldiero, agri non Atestini, sed Veronensis in ecclesia *della Madonna della Stra* denuo descripsit Carolus Cipolla et edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 289:

L · M E L M I N I O
R O M · F E S T O
L · M E L M I N I V S
E V T Y C H V S · P A T E R
5 F I L I O C A R I S S I M O
E T S I B I
V F
L O C V S · C V M · A M B I T V D A T · A B · O C T A V I A · M A I
I N F R I · X I N · A G R P · X X

Vv. 8. 9 desunt in exemplo Antiqui Veronensis.

507 ad n. 2673. Extare in museo confirmat Pietrogrande *Iserizioni Romane* n. 63.

509 ad n. 2721. Imminuta adservatur Ateste in museo, ubi contuli. — 2 Q V A R T A E — 3 C A L V I O .

508 ad n. 2708. Litteris bonis. Contuli Ateste in museo. — 3 S E C V D A E (sic).

510 ad n. 8833. Nunc Ateste in museo, ubi contuli. — 3 C E L I D O N I S · l a p i s .

511 tabulae aeneae fragmenta tria. Ateste rep. servantur in museo.

MANDATI · AVT · TVT ELAE · SVO · NOMINE · QVOD VE · I · SE · EARVM · RERVM
 QVID GESSISSE · DICETVR · ADDICETVR · AVT · QVOD · FVRTI · QVOD · ADHO
 MINEM · LIBERV · I · LIBERAMVE · PERTINERE · DEICATVR · AVT · INIVRI
 ARVM AGATVR · SEI · IS · A · QVO · PETETVR · QVOMVE · QVO · AGETVR · D
 5 E · R · INEO · MVNICIPIO · COLONIA · PRAEFECTVRA · IVDICIO CERTA
 RE · ET · SI · EA · RES · HS · CCL · MINORISVE · ERIT · QVOMINVS · IBEI · D · E · R
 IVDEX · ARBITERVE · AD · ICATVR · DETVR · QVOVE · MINVS · IBEI · D · E · R
 IVDICIVM · ITA · FEIAT · VTE · DE · IEIS · REBVS · QVIBVS · EX · H · L · IVDICIA
 DATA · ERVNT · IVDICIVM · FIEREI · EXERCERI · OPORTEBIT · EX · H · L · N · R
 10 QVOIVS · REI · IN · QVEMQVE · MVNICIPIO · COLONIA · PRAEFECTVRA
 QVOIVSQVE · II · VIR · EIVSVE · QVI · IBEI · LEGE · FOEDERE · PL · VE · SC · S ·
 VE · C · INSTITVTOVE · IVRE · DICVND · PRAEFVIT · ANTE · LEGEM · SEI
 VE · ILLVD · PL · SC · EST · QVOD · L · R · OSCIVS · A · D · V · EID · MART · POPVLVM
 PLEBEMVE · ROGAVIT · QVOD · PRIVATIM · AMBIGETVR · IVRIS · DIC
 15 O · IVDICIS · ARBITRI · RECUPERATORVM · DATIO · ADDICTIO ·
 QVANTAEQVE · REI · PEQVNAEVE · FVIT · EIVS · REI · PEQVNI
 QVO · MAGIS · PRIVATO · ROMAE · REVOCATIO · SIT · QV
 NVS · QVEI · IBEI · I · D · P · D · E · R · IVS · DICAT · IVDIC
 VTEI · ANTE · LEGEM · SIVE · ILLVD · PL · SC · EST
 20 V · EIDVS · MART · POPVLVM · PLEBEMVE ·

Contuli et ectypum sumpsit. Ediderunt Prodocimi et in eph. *gazzetti di Venezia* a. 1880 m. Iunii 22 et apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1880 p. 213; Hilarius Alibrandi in eph. *Studi e documenti di Storia e diritto* 2 (1881) addito commentario; Th. Mommsen *Hermes* 16 (1881) p. 21 sqq. item commentario addito, et in supplemento editionis quartae libri Caroli Georgii Bruns *Fontes iuris Romani antiqui* Tuebingen 1881: Pietrogrande *Iscrizioni Romane* n. 100.

I potest fuisse NOMINE. — 14 fin. DIC} priores — 15 seq. quot elementa in extremis versibus exciderint, ex exemplo supra proposito diiudicari poterit.

512 rep. in vico *Casale di Scodosia*, mentre si facevano alcuni lavori di terra sulla strada Pegorina PIETROGRANDE. Villicus quidam mihi narravit repertam esse in *via Palazzetto*. Nunc Ateste in museo.

L · LVPAVIVS

L · F · ROM


I OVI

SACRVM

Descripsi. Ed. Pietrogrande *Ateneo Veneto* 1 (1883) p. 21 et apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 194.

In titulo reperto in agro Cremonensi n. 4090 b nominatur *L. Lupavius Q. f. Rom.*

513 tabula aenea litteris partim Etruscis, partim Latinis. Rep. ad Ateste in praedio *Baratella*. Nunc est in museo Atestino.



Descripsi. Per Pietrograndium misit egregie delineatam C. Teleschi. 4 est dedit *libens merito*.

514 litteris bonis quaeque videantur optimae aetatis. Ad Monselice rep. in regione *Vetta* in praedio Ludovici Gallo.

leones duo
columbae duae
anaglypha

M · CAESIVS · L · F

ROM · LEG IIII

MACEDONIC

AQVILI FER

5 · T · F · I ·

Pietrogrande misit mihi et edidit in ephem. *Gazzetta di Venezia* 25 Ian. 1884 et apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 193 et in actis minoribus academiae regiae Taurinensis 19 (1884) p. 937. M. Caffi in ephem. *Arte e Storia* 3 (1884) p. 52.

515 rep. in praedio Arzarini in vico S. Helenae ad Ateste.

L · SAVFEO

Q · L

PARATO

PALEARIO

5 LOCO

TI · CASSI

PROBI

Contuli et ectypum sumpsit. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 15 et *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 104 et *Iscrizioni Romane* n. 103.

5 *palearius* redit in titulo Africano C. VIII n. 421.

516 cippus rep. ad Ateste in praedio Trevisan; nunc est in museo.

Q · ACVTIVS · Q · L

AGILIO

LIBERT

POSSIT } sic

Descripsi et ectypum sumpsit edidit apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 153. Pietrogrande *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 97 et *Iscrizioni Romane* n. 104. Memoravit, non edidit Prosdociami in ephem. *Fiorelliana* 1877 p. 194.

517 extat Baone *contra* Ponticello. extrinsecus parieti immissa domus Luciae Bottaro.

L · ACVLI ·

GEM

Contuli. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 17.

518 arculae fragmentum rep. ad Ateste in praedio Trevisan; iam adservatur in museo.

OSSA
ADIVTORIS ·
ANNIVS · SC

Contuli et ectypum sumpsit. Prosdociami apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 194. Pietrogrande *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 104 et *Iscrizioni Romane* n. 108.

519 litteris bonis. Ateste rep. in praedio *Ferdubbie* nella località *Rana*; iam in museo.

V · F

P · ALFIVS

SERENVS

SIBI · ET

5 T · CALVENTIC

FIRMO

AMICO · BON

Contuli et ectypum sumpsit. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 16 et *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 100 et *Iscrizioni Romane* n. 102.

520 Ateste in museo.

C · AM

Descripsi. Pietrogrande *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 99 et *Iscrizioni Romane* n. 131.

521 frustulum rep. ad Ateste in praedio *Ferdubbie* nella località *Rana*.

Q · A
M

Contuli. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 16.

522 cippus ad Ateste rep. in praedio *le Bressane* in *contrada Schiavonia*; nunc in museo.

M · ANTONIO
T · F · ROM ·

ANTONIAE · M · F
MAXIMAE · H · S · S
5 C · ANTONIVS
M · F · VITALIS · V · F

IN · FRO · P · XX · III
IN · AGR · P · XX · III

Contuli. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 16 et *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 102 et *Iscrizioni Romane* n. 105.

523 stela. Rep. Morlongi ad Ateste ubi extat apud equitem Nazari.

C · APICI
C · F
R O M
IN · FR · P · XX

Contuli. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 101.

524 rep. ad Baone in praedio *le Rosselle*; iam in museo.

genius v } f
Q · ASCC }
EVTHET }
SIBI et

Contuli. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 17 et *Iscrizioni Romane* n. 119.

526 in operculo arculae rep. Morlongi; extat Ateste apud equitem Nazari.

leones duo cuniculum devorantes

L · CASSIVS · Q · F · RO } m

Contuli. Ed. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 101.

527 cippus rep. Morlongi; extat Ateste apud equitem Nazari.

CASSIA

Contuli. Pietrogrande *Not. d. Scavi* 1882 p. 101.

525 (= 217') inter Atestinas rettuli propter argumentum. Inter Patavinas MANUTIUS; sine loco BARB.

C · ATIVS · T · F
DECVR · ATE
SIBI · ET · L · ATIO
ET · NONIO
5 ET MARTIAE
PARENTIBVS
AVRELIVS ET
FLAVIVS FILII
INCI · CVR

Manutius cod. Vat. 5248 f. 2', unde sumpsit Mommsenus n. 217' addens titulum ita perturbatum esse, ut falsus magis videretur quam corruptus. Alterum exemplum in codice Barberino XXIX, 29 p. 40 reperit Huelsen scriptum manu ignota.

Vv. divisi ad Barb. — 1 C · ATI . . . F Barb. — 2 DEC · ARC Manut. — 3 SIBI om. Barb. — 4 ET · NONIO Manut., om. Barb. — 5 om. Manut. — 6 PARENTIB Manut. — 9 om. Manut. [Titulum aut ficticiam esse totum aut certe recens expletum periti intellegent; nam et nomina praeter primum absurda sunt et clausula a consuetudine antiqua abhorret. Huelseno subesse videtur titulus saeculo XVI in lapide fictus, cum tituli reliqui eiusdem fasciuli cod. Barb. 29, 20 f. 33-40 ex lapidibus descripti videantur omnes; servabantur autem fere in museo Atii Arcionis (vol. VI n. 8873. 9246) et card. Carpensis (vol. VI n. 942'. 945'). TH. M.]

528 litteris magnis. Cippus rep. in *comune di Carceri*; iam in museo Atestino.

M · CATI · M } f
ANTI

Descripsi et ectypum sumpsit. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 154 et *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 96 et *Iscrizioni Romane* n. 111.

529 lapis ad Morlongum rep. in praedio Capodaglio in loco q. d. *Palazzina*; nunc adservatur in museo.

CLARVS
FIDELIS

Contuli et ectypum sumpsit. Ed. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 17 et *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 102 et *Iscrizioni Romane* n. 113.

530 cippi fragmentum. Ateste in museo.

C · COE | li.
AVC | l..

Pietrogrande *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 101
et *Iscrizioni Romane* n. 130.

531 litteris vetustis et magnis; cippus rep.
S. Margaritae d'Adige inter vicos Megliadino
et Bresega; iam in museo Atestino.

leo

Q · COELIO · Q · L
HILARO

Contuli et ectypum sumpsit. Pietrogrande
apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 17 et *Ateneo
Veneto* 2 (1883) p. 101 et *Iscrizioni Romane* n. 114.

532 cippus ex marmore Veronensi. Rep. ad Ateste
in praedio Pelà; iam servatur in museo.

Q · CO TIO
M · F

Contuli et ectypum sumpsit. Prosdocimi apud
Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 197; Pietrogrande
Iscrizioni Romane n. 107.

533 litteris rudibus. Originis incertae; extat
Ateste in museo.

LOCVS · C
DOMITI · C · L
ANTI IN · F · P
XVI · IN AG P XV

Descripsi et ectypum sumpsit edidique apud
Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 153. Pietrogrande
Ateneo Veneto 2 (1883) p. 95 et *Iscrizioni Romane*
n. 110.

534 aedicula ad Ateste rep. in praedio Trevisan;
iam in museo.

protome
mulieris
EDONE
AN · XVIII

Contuli et ectypum sumpsit. Prosdocimi apud
Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 194; Pietrogrande
Ateneo Veneto 1 (1883) p. 25 et *Iscrizioni Romane*
n. 117.

535 olla rotunda fracta. Rep. ad Ateste in
praedio Trevisan; nunc in museo.

L · ENNIVS
L · L · RVFIC

Contuli et ectypum sumpsit. Prosdocimi apud
Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 194; Pietrogrande
Ateneo Veneto 2 (1883) p. 98 et *Iscrizioni Romane*
n. 106.

536 litteris bonis. Cippus rotundus originis
incertae. Extat Ateste in museo.

C · GESTILIVS · C · F
ROM ·
anaglypha

Descripsi et ectypum sumpsit edidique apud
Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 154. Pietrogrande
Ateneo Veneto 2 (1883) p. 94 et *Iscrizioni Romane*
n. 101.

537 litteris alte incis. Rep. a. 1884 m. Mart.
d. 16 ad Ateste in regione Caldevigo in con-
trada S. Stefano in horto Antonii Marin.

GRATA ·
ANICVLA
CASTVS
TRIMVS
5 FRATER · ET
SOROR

Descripsi ad ectypum optime factum quod
mihi misit Pietrogrande. Idem edidit in ephem.
Gazzetta di Venezia 5 Jul. 1884 et apud Fiorel-
lium *Not. d. Scavi* 1884 p. 204.

In lapide adhuc vestigia cernuntur disposi-
tionis diversae a lapicida, ante quam hanc adsei-
cret, sibi propositae; scilicet 1 antea fuit
GRATVS; 2 sub ANICVLA litterae cernuntur ex
parte deletae et dubiae C · VSC · AS; 3 ante C
erasum est C, ante s item erasum s. — 5 pro
litteris R · ET fuerunt antea hae: F · SOR · —
2 intellegitur *annicula*, cui respondet 4 *trinus*.

538 conus truncatus; rep. ad Ateste in praedio
Candeo; extat ibidem.

in operculo
leones duo parvi
C · HERENNI
C · F · VOTVRIA

Contuli. Prosdocimi apud Fiorellium *Not. d.
Scavi* 1877 p. 193; Pietrogrande *Ateneo Veneto*
1883 p. 26.

539 rep. ad Ateste in praedio Trevisan; nunc ibi in museo.

protome mulieris

ERENNIAE · C · F

SECUNDAE ·

L · IVNIVS · CL sic

Descripsi et ectypum sumps. Pietrogrande *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 94. et *Iscrizioni Romane* n. 116.

In fine spatium vacat. Redit in tegula Hadriae reperta idem nomen, scilicet L · IVNI · C^L. Videtur significari *Claudius* pro cognomine usurpatum.

540 litteris bonae aetatis. Columella rep. a. 1884 m. Mai. d. 28 Morlongi ad Ateste in praedio Nazari; iam in museo.

HILARI


T ROSA F · I

corolla

Contuli ad ectypum acceptum a Pietrograndio, qui edidit in eph. *Gazzetta di Venezia* 5 Iul. 1884 et apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1884 p. 204.

541 Ateste in museo.

vir togatus; in basi:

C · AV · C · N /  //

Descripsi.

542 litteris magnis et bonis; basis quadrata rep. ad Ateste in praedio Trevisan; est Ateste in atrio aedium Ioh. Bapt. Capodaglio.

ET · LICINIAE

C · L · BLANDAE

Contuli. Prodocimi apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 194; Pietrogrande *Ateneo Veneto* 1883 p. 24.

543 aedicula rep. ad Monselice in praedio Trieste; extat ibidem.

lepores duo

protome viri protome mulieris

nrceus A · LVCANVS · C · F · RO } m

Contuli ad ectypum acceptum a Basato. Ediderunt Gloria et Busato apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1879 p. 172.

544 in arculae operculo Morlongi rep.; extat Ateste apud Nazarium.

canis lepus canis

CN · LVCILIVS CN

Contuli. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1882 p. 104.

545 aedicula rep. ad Monselice in praedio Trieste; iam Patavii in museo.

protome viri

C · PLANIVS · C · F

ROM · BALBVS

Contuli et ectypum sumps. Gloria et Busato apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1879 p. 172.

546 traditur sine loco cum u. 525.

L RENESTVS · ... · A · F · L ·

ALFORISIO FRATRI ET

FL · ACHARIO PATRONO

BENEMERENTIBVS

5 ET ATESTIO ATTIO

FILIO CARISS ·

INCI CVR

Cod. Barber. XXIX, 20 f. 40 manu ignota (inde Marini *Vatic.* 9120 f. 16).

[Falsa opinor; vide quae a Notavi ad n. 525. Th. M.]

547 rep. in agro Atestino; nunc in museo.

leones duo

· RVTIIIVS ·

Descripsi et ectypum sumps. Pietrogrande *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 93 et *Iscrizioni Romane* n. 112.

Prima littera fuit aut L aut T, // Pietr.

548 rep. ad Ateste in praedio Cannetti in *contrada Settabile*. Nunc est in museo.

LOCVS
 SEPVLTVR
 TILIAE·C
 sec VINDAE
 5 in fr. P·X·X

Contuli et ectypum sumpsit. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 17 et *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 103 et *Iscrizioni Romane* n. 120.

549 olla rotunda quam propter formam Atestinam iudico. Extat Patavii in museo.

columella
 leo bos? leo
 SIC·NIAE·
 MAXSVM·E·

Descripsi et ectypum sumpsit. Edidit Busato in libello *Elenco degli oggetti più scelti del Museo civico di Padova* (Patavii 1880) p. 49 n. CLIX.

550 rep. ad vicum Baone in fundo *le Villeghe*; iam Ateste in museo.

LOC
 L·SYRIC
 BATHYLLI
 IN·FR·P·X
 in agr. p. . .

Pietrogrande misit mihi et Fiorellio, qui edidit ad ectypum *Not. d. Scavi* 1883 p. 194.

551 stela litteris optinae aetatis et alte incisus inscripta. Morlongi rep. nunc Ateste apud equitem Nazari.

P·XIII
 P·TRVTTED
 P·L·PHILOM/
 P·TRVTTED
 5 AMPHIONI
 L·FRONTO
 DAT·DE·SVO

Descripsi et edidi apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 151. Pietrogrande in ephem. eadem 1882 p. 101.

6 omisit Pietrogr.

Stela integra est, sed videtur pars posterior in lapide iuxta posito perscripta fuisse sic fere: *p(edes) XIII. P. Truttet[io] P. l. Philom[us] P. Truttet[ius] Amphioni[s] l. Fronto dat de suo. P. Truttet[us] P. l. Philomusus nominatur in titulo Veronensi n. 3781.*

552 litteris alte incisus et optinae aetatis. Rep. in vico Baone in *contrada le Caselle*. Extabat pro limine portae casae rusticae Turatto; iam Ateste in museo.

T·F·ROM
 FIRMVS·SIBI·ET
 VARIAE·F·SECVDAI
 VXORI·
 5 T·CAIVENTIO T·F

Pietrogrande misit.

553 aedicula rep. ad Monselice in praedio Trieste; iam Patavii in museo.

protome viri
 M·VETTIVS
 P·F·ROM

Contuli et ectypum sumpsit. Gloria et Busato apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1879 p. 172.

554 Ateste rep. in effossione facta in aedibus *del Pio Ricovero*; nunc in museo.

VICELLIAE
 ANCHARI

Descripsi. Edidit Franceschetti in ephem. Romana *gli Studi in Italia* 5, 2 (1882) p. 731; Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1883 p. 58 et *Ateneo Veneto* 1883 p. 29 et *Iscrizioni Romane* n. 118.

555 olla rotunda rep. in vico S. Helenae ad Ateste in praedio Andolfo; nunc Ateste in museo.

VMBI
 P·O·S·S·I·T· sic

Descripsi. Pietrogrande *Iscrizioni Romane* n. 128.

556-563 tituli scripti litteris bonae aetatis simul rep. ad Monselice in praedio Trieste *ncl locale dello S. Salvaro*; iam Patavii in museo.

556

protome viri

P · VOLVMNIVS
C · F · ROM ·

557

protome viri

Q · VOLVMNIUS
C · F · ROM

558

protome mulieris

VOLVMNIA/
L · F · SECVND/a

559

P · L · VOLVMNI · C · F · SIBI · ET
SVIS · VIVI · FECERVNT
MONIMENTVM
IN · FRONTE · P · XXXIII
5 IN · AGRVM · P · XXV
H · M · E · N · S

560

ENT
II

561

ONV

562

CF

563

MI

Contuli et ectypa sumps. Gloria et Busato miserunt Fiorellio *Not. d. Scavi* 1879 p. 171 sq. Fragmenta n. 560-563 Busatus indicat superesse ex titulo primario monumenti.

564 cippus rep. ad Morlongum in praedio Trevisan; nunc in museo Atestino.

protome mulieris
VOLVMNIA
C · L · LAVRENS ·

Contuli et ectypum sumps. Ed. Pietrogrande apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1881 p. 17 et *Ateneo Veneto* 1 (1883) p. 25; 2 (1883) p. 105 et *Iscrizioni Romane* n. 115.

565 Ateste in museo.

OVIVS

Deseripsi. Pietrogrande *Ateneo Veneto* 2 (1883) p. 99 et *Iscrizioni Romane* n. 129.

566 in fragmento ex marmore Veronensi. Rep. ad Ateste in praedio Trevisan.

ARANVSI

Contuli et ectypum sumps. Prosdocimi apud Fiorellium *Not. d. Scavi* 1877 p. 195; Pietrogrande *Iscrizioni Romane* n. 126.

567 litteris magnis et bonis; fragmentum lapidis Veronensis. Originis incertae; nunc Ateste in museo.

NTIAE · T ·
IAE C · F · M
E C · F · PRO
h M H n. s.

Pietrogrande *Iscrizioni Romane* n. 86.

568 Ateste antea in castro vetere parieti inserta; iam in museo.

ab una parte:

VI
STF

ab altera:

VI

Pietrogrande misit.

569 cippus; litteris evanidis. Rep. Morlongi a. 1879 in regione *Palazzina*; iam in museo.

MA/////AE
BRV////
L F

Pietrogrande *Iscrizioni Romane* n. 127.

570 lapidis fragmentum. Ateste in museo.

EMMAR

Pietrogrande *Iscrizioni Romane* n. 85.

